Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



deus si erit uobis ultra parabola hec in publico inuisi
cate omnes aue mee sunt Et ait pris: ita et anima
filij mea est Anima que peccauerit: ipsa morietur
Et uir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iusti
tiam: in montibus non comederit: et oculos suos
non leuauerit ad idola domus israel: et uxorem
proximi sui non polluerit: et ad mulierem men
struatam non accesserit: et hominem non contristauerit.
pignus debitori reddiderit: per uim nichil rapue
rit: panem suum esurienti dederit: et nudum
operuerit uestimento Aduluri non commodauerit
et amplius non acceperit ab iniquitate auer
terit manum suam: iudicium uerum fecerit inter uir
et uirum: in preceptis meis ambulauerit: et iudi
cia mea custodierit: ut faciat ueritatem hic iusti
tia uiuet Ait dns omnps Gr. Custodi me domine
ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum prege me V. Deiudi
cia tua iudicium meum prodeat oculis tuis uideant equitatem Johanne
In illo tempore Dixerat iesus ad eos qui crediderunt ei
iudeos si uos manseritis in sermone meo uere
discipuli mei eritis et cognoscetis ueritatem: et
ueritas liberabit uos Responderunt ei Semen
abrahe sumus et nemini seruiuimus unquam:
quomodo tu dicis liberi eritis Respondit eis iesus
Amen amen dico uobis: quia omnis qui facit
peccatum: seruus est peccati Seruus autem non manet
in domo in eternum: filius autem manet in eter
num Si ergo filius uos liberauerit uere liberi
eritis Scio quia filij abrahe estis: sed queritis
me interficere: quia sermo meus non capit in
uobis Ego quod uidi apud patrem loquor: et uos